¶ Item arguitur secūdo ꝑncipaliter. presupponēdo: ꝙ materia ⁊ forma substātialis sunt causa omniū accidentiū saltem absolutorū. Ista ꝓpositio ꝓbatur: q̄ forma substātialis est prima perfectio māe nata imediate ꝑficere ⁊ actuare mām. Non enim nata est prius perficere aliquod accidens q̄ substātiam māe. Tum quia forma ꝑficiens presupponit suū perfectibile prius ordine nature ⁊ originis: substātia autem nō potest presupponere aliquod accidens ordine nature: quū sit prior quolibet accidente natura: ex septimo metaphysice. textu cōmenti quarti. Tum q̄ perfectio determinata ad aliquid ꝑfectibile nata est cōstituere vnū ꝑ se cū illo. Modo ex forma substātiali ⁊ accidēte nō potest fieri vnum per se. Ex quo cōcludimus ꝙ mā prima prius nata est habere oēm suam perfectionē actualē a forma substantiali: q̄ sibi adueniat aliqua alia forma accidentalis. ¶ Isto presupposito stāte arguitur. Nullum accidens maxime perfectum ⁊ absolutum fundatur imediate in mā prima: sed solum mediāte forma substātiali: sed eadem accidentia sunt in animali viuo ⁊ mortuo. ergo in mortuo presupponitur eadē forma substātialis: que prius. Sed talis forma substātialis nō est anima. ergo est aliqua alia forma que prefuit in viuente. Maior est nota ex dictis: minor autē apparet ad sensum ⁊ experiētiā: q̄ si equus sit albus: eadem albedo remanet in cadauere: que prefuit in ipso viuente. ergo ⁊c. Cōsequētia primo illata est euidēs: q̄ nisi esset eadem forma substātialis: nō essent eadē accidentia: quū accidētia nō migrent de subiecto in subiectum. ¶ Sed ad hoc faciliter respōdetur dicēdo: ꝙ ista accidentia nō sunt eadē: sed similia: que cōsequunt̄ aliquam formā de nouo genitā. Qḋ declaratur. q̄ agens corrūpens: generādo aliquid de aliquo corrūpendo: assimilat ipsū illi corrūpendo: quum nō possit perfecte ipsū genitū sibi ipsi agenti assimilari. Ex quo sequitur: ꝙ generat cadauer cum accidentibus similibus corpori corrūpendo. ¶ Cōtra rñsionē in se ꝑ instat̄: q̄ agens gñās nihil generat de accidentibꝰ: nisi que per se insequuntur formā generādā. ⁊ habent ordinē essentialē ad ipsā. Sed talia accidentia nō per se cōpetunt forme cadaueris: sed per accidens: neq̄ habent ordinem essentialem ad ipsā formā cadaueris. ergo ⁊c. Maior est manifesta: q̄ agens quātū dat de forma: tātum dat de accidētibꝰ cōsequētibus ad formā: vbi sit ordo essentialis ⁊ per se: sȝ vbi sit ordo accidētalis: sicut agens nō intēdit illa accidentia: ita nō generat illa: ⁊ quū sit ordo accidētalis forme generāde ad talia accidentia: poterit generare cadauer sine istis accidētibus: qḋ est euidēter falsum. ¶ Itē si dicas: ꝙ ista accidentia per se cōpetunt forme ex natura gñātionis. Aut hoc erit ex ratione agētis aut ex rōne materie: aut ex rōne forme que inducitur. Non ex rōne agentis seorsum: q̄ tale agens semper induceret consimilem effectum. Non ex ratione materie vt de se patet. Nec ex ratione forme inducte: quia semper iduceretur cum similibus accidētibus: q̄ vbi agens eiusdem rationis: ⁊ materia eiusdē ratiōis: ibi sequitur effectus eiusdē rationis: vt colligitur de mente Aristo. 8°. metaphysice. Si agens idem: ⁊ materia eadem: qḋ factum est: est idem. Et probatur etiā ratione. Quia iter extrema eiusdē rationis: nō nata est sequi nisi habitudo ⁊ actio eiusdem rationis. Ex quo sequitur: ꝙ a consimili agente in ipsa materia: semper ꝓduceretur forma cadaueris cum similibus accidentibus: qḋ est euidenter falsum. ¶ Itē

arguitur secūdo cōtra fundamēta istius respōsionis. qr agens ꝓducens intēdit sibi assimilare passum in forma qua agit: ꝛ nō ipsi corrūpendo: qr tunc quia corrūpendū sit oppositū actioni agētis ꝛ forme qua agit: agens ꝓducens assimilaret effectuꝫ suum suo opposito: ꝛ ita calidū assimilaret effectū suū frigido: qḋ est impossibile. Unde forma qua agit agens corrūpens ipsum viuum: opponit ipsi corrumpēdo: qr magis īpedit actioneꝫ eius ꝙ ꝓmoueat. ergo sequitur ꝙ per actioneꝫ agentis naturalis: ex natura actionis cadauer nō assimilat aīali corrūpendo. ¶ Itē 3° ad ꝑncipale argr̄. Si esset verꝫ qḋ dicit ista opinio: sequeretur ꝙ homo nō vere generaretur: neqꝫ nutriretur. Et vlterius ꝙ nō possꝫ corrūpi. Ista sunt absurda ꝛ inconueniētia. ergo ꝛ antecedens ex quo sequūtur. Primuꝫ consequens deducitur sic: Aristo. in primo physicoruꝫ. vult ꝙ tria sint principia ipsaruꝫ rerū naturalium. videlicet materia: forma: ꝛ priuatio. Habet etiam in. 7° metaphysice: ꝙ forma est terminus formalis generationis. Sit ista maior. (ita intelligēdo. s. ꝙ licet generatio sit ꝯpositi vt termini totalis: est tn̄ forme vt termini formalis. Et ratio ipsius est: qr nihil pōt esse illud qḋ terminat generationē: nisi ipsuꝫ habeat aliquid quo terminet ipsam generationeꝫ: qr vnicuiqꝫ qḋ. correspōdet ꝓpriū quo. Si eniꝫ aliquid agit vt qḋ. de necessitate aliquid ē sibi ratio agēdi vt quo. Sīliter si aliquid terminat aliqꝫ actioneꝫ vt qḋ: opꝫ dare ꝙ aliquid sit ratio terminandi eandē actionē. vt quo.) Isto stāte assumitur ista minor sub illa ꝓpositione maiore. Sed in gnātione hoīs (stante ista positiōe) nullus pōt assignari terminus formalis gnātionis qui sit de ēentia hoīs (ꝓbatur ista minor: qr illud est aut mā: aut forma que ē anima ītellectiua: aut aliqua forma precedēs animaꝫ ītellectiuam. Nō mā: vt de se pꝫ. Non aīa ītellectiua: qr ista nō est termin⁹ actionis agētis nālis. Nō forma precedēs: qr illa corrūpitur in instāti quo hō generatur: ꝛ per cōsequēs terminat actioneꝫ corruptiuā: ꝛ nō generatiuā) ergo relinquitur: ꝙ homo: aut cōpositū: qḋ est hic homo: nō posset dici vere gnāri. ¶ Et cōfirmatur. Nihil est qḋ. respectu alicuius actionis: nisi per aliqd qḋ est quo. sed in tali casu nihil ē quo respectu hoīs. ergo homo nō pōt esse qḋ. respectu generationis. ¶ Secūdū cōsequens deducit: ꝛ deductio eius pꝫ ex deductione primi. Certū est ꝙ in nutricatiōe aliquid generatur vt terminus formalis: sed per istam positionem nullus terminus formalis potest assignari. ergo ꝛc̄. ¶ Et si tu dicas ꝙ ipsuꝫ cōpositū terminat actionē virtutis nutritiue. Hoc improbatum est: qr nihil potest terminare actionē in rōne qḋ: nisi per aliquē terminuꝫ formalē sibi iexistēteꝫ: qui nullus est in ꝓposito. ¶ Et si tu dicas ꝙ ꝓducitur aīa ītellectiua: vt in mā q̄ aduenit per nutricationem. ¶ Contra dupliciter. Prio qr ꝓducere aīam intellectiuam vt in materia est agere ad vnionem anime intellectiue cum mā: ꝛ non est agere ad aliqueꝫ terminū substātialē formalē. Sed actio terminata ad vnionē nō est generatio. ergo ꝛc̄. ¶ Item secūdo qr oīs actio substātialis noua est ad aliqueꝫ terminuꝫ formalē substātialeꝫ nouū: alioquin aliqḋ ꝯpositum gnāretur de nouo: ꝛ nihil esset sibi rō generādi de nouo acqsitū: sed ista sunt absurda ꝛ incōuenientia: ergo actio nutritiua nō potest esse ad cōpositū qḋ nutritur: neqꝫ ad vnionē forme cū materia: nisi ponatur forma que sit ratio generādi passiue: ꝛ terminādi actionē agētl. ¶ Tertiū cōsequēs sic deducitur. Corruptio substātialis est ad aliquē terminū substātialeꝫ formalē (vt prius) qui desinit esse per actionē corruptiuā agētis: sꝫ nullus est talis in ꝓposito: vt ē euidēs ex dictis. ¶ Et si tu dicas ꝙ corrumpit ipsuꝫ cōpositū qḋ est hic homo. ¶ Cōtra dupliciter. Tuꝫ qr nihil potest corrūpi: nisi sit sibi aliqua ratio corrūpendi. Tuꝫ ēt qr (ſm opi. san. Thome.) idē eē hominis est ipsius anime separate a corpore: ꝛ totius. ita ꝙ aīa habet idē esse cum toto. Alioquin (dicit ipse) non posset idē homo numero resurgere: dato ꝙ esse hominis esset interruptū: ꝛ totaliter corruptuꝫ. Sed aīa ītellectiua remanet post separationē a corpore in suo esse: ꝛ habꝫ ideꝫ esse extra corpus: qḋ habet in corpore. ergo sicut eē aīe intellectiue nō corrumpitur: esse totius nō corrūpitur: quum hoc ꝛ illud sint idem. ¶ Itē quarta ꝛ penultima ratio cōtra vnitatē formarū presupponit duo. Primo ꝙ nulla forma cōtinet virtualiter aliam esse realiter: quia essentialiter illa que nō potest cōtinere virtualiter effectus illius alterius ꝛ nō pōt esse ꝑncipiuꝫ operationum illius alterius. Ista ꝓpositio pꝫ. qr sicut effectus sunt repugnātes ꝛ cōtrarij. ita forme videntur esse contrarie ꝛ repugnātes. ¶ Secūdo ꝑsupponit: ꝙ esse quātuꝫ extensibile: esse cōpositū ex cōtrarijs: esse corruptibile: isti effectus repugnāt anime intellectiue. Nā anima intellectiua est imaterialis ꝛ spūalis. ideo nō potest esse ꝑncipiuꝫ aliquoꝝ istoꝝ effectuuꝫ: qui effectus ꝓueniunt a forma corporeitatis: ꝛ a forma mixti. Ex his arguitur sic: illa forma nō est essentialiter eadē alteri: nec continet virtualr illaꝫ: que de se ꝛ per se nō potest esse ꝑncipium operationuꝫ illius: nec cōtinet virtualiter tales operationes. Sꝫ ita est ꝙ anima ītellectiua nō potest esse ꝑncipium operationū ꝓuenientiū a forma corporeitatis: qm̄ nihil potest esse ratio essendi alicui in aliquo esse: qḋ est sibi oīo incōpossibile ꝛ repugnās. Sicut albedo nō potest dare esse alicui qḋ sit repugnās albedini: sed esse corporeum: quātuꝫ: ꝛ extensibile sunt effectus oīno repugnantes aīe ītellectiue: ꝛ sunt effectus forme corporeitatis. ergo aīa intellectiua nō cōtinet virtualiter formaꝫ corporeitatis: nec est sibi eadeꝫ essentialr. ¶ Et cōfirmatur. Quandocūqꝫ de aliquibus duobus verificātur duo cōtradictoria realia ꝛ realr distincta illa realr distinguuntur: sꝫ de aīa ītellectiua ꝛ de for⁹ corpeitatis verificātur sic duo ꝯdictoria: qr forma corporeitatis est quāta: aīa intellectiua nō. imo habet in se positiue ꝛ actu aliqd qḋ repugnat extensioni. ergo aīa intellectiua ꝛ forma corporeitatis distinguuntur realiter. ¶ Item quinto ꝛ vltimo arguitur ad ꝑncipale presupponēdo duo. p⁹ (qḋ dicit Aristo. scḋo de aīa. tex. cō. 24.) ꝙ actus actiuoꝝ sunt in patiente disposito: ꝛ in tex. cō. 26. Actus vniuscuiusqꝫ in ꝓpria materia natus est fieri. Ex quo infertur ꝙ in materia substantiali in que debet recipi forma substātialis vltima ꝛ specifica: pri⁹ opꝫ ponere aliquā formaꝫ īmediate disponēteꝫ ad vltimā formā. ¶ Secūdū presuppositū est ꝙ forma vltimate disponēs necessitat ipsaꝫ mām ad formā vltimaꝫ. Ista ꝓpositio pꝫ: quoniā passuꝫ sume dispositū natum est perfici īmediate ab agente circūscripto quocūqꝫ alio. vt colligitur de mēte Aristo. 9° metaphy. tex. cō. 10. ¶ Quibus stātibus arguitur sic. Sit ita ꝙ ex semine habeat ꝓduci ꝛ generari aliqua forma substantialis vltia: que sit verbi gratia. forma specifica asini: istam formaꝫ specificaꝫ de necessitate precedit forma vegetatiua: qr ex sentētia Aristo. in. 16. libro de aīalibus. Embrio prius viuit vita plante ꝙ vita sensitiua. Tunc arguitur. ista forma substātialis precedēs. aut manet cū forma vltima introducta: aut desinit esse. Si dicas p⁹: habeo ꝓpositū: ꝙ due forme subales sunt sīl. Si dicas scḋꝫ.

Quoniaꝫ ista forma precedēs īmediate disponit ad formā vltimā. ideo cōtra istos negātes tales dispositiones īmediatas ꝛ necessarias. Arguitur

multipliciter q̄ tales nõ corrūpātur. ¶ Et primo diui/
sione sic. si habet corrumpi: corrūpetur ab aliquo contra/
rio. aut tale contrarium erit forma vltima: aut erit ipsa
materia: aut agens generans. Non est dicenduʒ primū:
propterea: quia dispositio ad illud ad quod disponit ipsa
dispositio: nõ habet oppositionem ⁊ contrarietatem. im
mo conuenientiam ⁊ conformitateʒ. ergo virtute istius
forme non corrumpetur ista dispositio. Non est danduʒ
etiam secunduʒ: q̄. s. corrumpatur a materia. Tum quia
materia nõ agit: sed est principium mere passiuum. Tuʒ
etiam quia ista dispositio est ratio proportionis ⁊ assimi
lationis materie ad ipsaʒ formam. Neq̄ danduʒ est ter/
tium: q̄ corrumpatur ab agente: quia illud nõ corrum/
pitur ab agente: quod est maxime promotiuum: ⁊ nullo
modo impeditiuum actionis agentis. Sed ista disposi/
tio est huiusmodi: quia maxime est consona agenti: siue
facilitans ⁊ perficiens eius actionem. ergo ⁊c̄. ¶ Et cõ/
firmatur: quia agens generans: per actionem suam assi/
milat sibi passuʒ in quod agit: sed materia sub ista dispo
sitione assimilatur agenti: ⁊ simile nõ corrumpitur a si/
mili: ergo ⁊c̄. ¶ Et iterum confirmatur: quia agens ge/
nerans: ⁊ per se generat: ⁊ per accidens corrumpit. per ac
cidens autem corrumpit propter incompossibilitatem
alicuius forme existentis in passo ad formam quam ge/
nerat vltimate. (ita q̄ tota ratio corruptionis alicuius
in passo est repugnātia ⁊ incompossibilitas forme ad for
maʒ vltimate introducēdam.) Sed hic nulla potest re/
periri repugnantia: ⁊ incompossibilitas. ergo hec forma
precedens formaʒ vltimam nõ corrumpetur ab ipso ge/
nerante. ¶ Item arguitur secundo ad ideʒ generaliter
de omni forma disponente. Et presuppono vnum: vide/
licet q̄ forma vltimate disponens ad formam vltimam
siue sit substantialis: siue accidentalis: talis inq̄ forma
vltimate disponens in quocūq̄ instanti causatur: nõ stat
cum forma corrumpenda. patet hoc presuppositum: quia
tunc forma corrūpenda esset in materia cum dispositio/
nibus omnino repugnātibꝰ tali forme. Tūc sic. Ista for/
ma vltimate disponens in eo instanti in quo vltimo in/
troducitur: aut simul erit cuʒ forma generanda: ita q̄ in
quocūq̄ instanti est ista dispositio: est illa vltima forma
generanda: aut in alio ⁊ alio instanti. Non in alio ⁊ alio
instanti: quia (quum īter quecunq̄ duo instantia cadat
tempus mediū) sequeretur q̄ in aliquo tēpore materia
esset sine vlla forma substātiali. Qd̄ pbaẗ: q̄ꝛ vltima dis/
positio vel forma disponēs ad vltimā formā gnāndā: nõ
stat cū forma corrūpenda: ḡ in illo instanti in quo est ta/
lis vltima dispositio non erit forma corrūpenda. ḡ nulla
forma subalis erit in mā. Nec pōt dici q̄ sit aliq̄ disposi
tio accidētalis in mā sine forma subali ſʒ Thomā. ⁊ ita
remanebit mā nuda in toto illo tp̄e. ¶ Si autem dicas
q̄ in eodem instanti est illa forma disponēs: ⁊ forma vl/
tima gnānda. ¶ Contra arguitur sic. Aut illa forma dis/
ponens est prior origine ⁊ nā forma vltima gnānda: aut
posterior. Si tu dicas q̄ est prior: habeẗ intentū: q̄ꝛ quū
illa vltima dispō: fit in mā mediāte aliqua forma subali
quā p̄supponit: ⁊ illa forma subalis nõ sit illa forᵃ gnānda:
q̄ꝛ illa nõ p̄supponiẗ: ſʒ seq̄ẗ ordine nāe illā dispōnē vlti/
mā: seq̄ẗ q̄ in eodē instāti erit aliqua forma subalis cuʒ
forma vltima gnānda in mā. Si vō dicas q̄ ista dispō ē
posterior forma gnānda. Contra. seq̄reẗ q̄ alteratio p̄ce
dens dispōnes ad illā formā generādā nõ hr̄et aliquem
terminū ⁊ eēt īfinita. ꝯn̄a declaraẗ: q̄ꝛ talis terminꝰ aut
est forma subalis vltimo genita: aut est aliq̄ forma acci/
dētalis sequēs talē formā. Nõ est dādū p̄mū. pbaẗ hoc
tripliciter. p̄mo: quia forma substātialis est per se termi

nus gnātionis: ergo nõ est per se terminus alterationis:
⁊ maxime hoc sequitur ex positiōe Magistri Francisci
de Neritono: q̄ vult: q̄ gnātio non distinguatur realiter
a forma genita. ergo sicut forma substantialis distingui/
tur realiter a forma accidentali: ita generatio ab altera/
tione: ⁊ ḡ qd̄ est p se terminus vnius: nõ est p se terminꝰ
alterius. Iteʒ zᵒ ois mutatio finita p̄us est finita ītrisece
q̄ extrinsece. forma subalis est terminꝰ extrinsecus alte/
rationis. ḡ p̄us hʒ aliquē terminū intrinsecū quo ītrinse
ce finiẗ: q̄ nõ videẗ posse assignari sc̄d̄m opinionē isto/
rū. Itē ȝᵒ motus ⁊ terminꝰ sunt eiusdē rōnis: ſʒ ita est q̄
forma subalis nõ est eiusdē rōnis cū alteratiōe: neq̄ cuʒ
forma que p alterationem acquiriẗ. ḡ forma subalis nõ
pōt sic esse terminus. Si vero detur zᵐ mēbꝝ. s. q̄ termi
nus p se alteratiōis sit forma accn̄talis: illa. s. que p se seq
tur formā subaleʒ vltimo genitā. Istud destruitur: q̄ꝛ in
quocūq̄ est mutatio: in eodē est terminus mutatiōis. ħ
est de mēte Arist. in multis locis: ⁊ p̄sertim in p̄ de gnō/
ne. tex. c. z3. ⁊ rō huiꝰ est: q̄ꝛ mouēs per motum intēdit p/
ficere ipm mobile: ⁊ nõ destruere: ⁊ motus est actꝰ ⁊ pfe/
ctio mobilis. Et pp̄ter hoc dixit Aristo. ibi: ⁊ in p̄ phy. ⁊
in. 5. Q̄ꝛ ideʒ subm manet sub vtroq̄ termino mutatiōis
Stāte ista maiore assumo istā minorē. Sed forma acci/
dētalis sequēs formā vltimā genitā nõ est in eodē subo
in quo est alteratio p̄cedēs: (q̄ꝛ alteratio ē in ꝯposito ex
mā ⁊ forma corrūpēda. Ultima dispō est in cōposito ex
mā ⁊ forma gnānda.) ergo nõ ideʒ subm sub mutatione
⁊ termio mutatiōis. ¶ Sʒ ad hāc gnālē rōnē cū in p̄n.
dr̄. aut forᵃ disponēs est in eodē istāti cū forᵃ gnānda ⁊c̄.
ab istis r̄ndeẗ: q̄ in quocūq̄ istāti ē vltima forᵃ gnānda
corrūpiẗ ⁊ desinit eē vltia forma disponens: ⁊ ipsa dispō
inducta ab agēte in mā. ita q̄ p̄ᵐ eē forme gnānde est p̄ᵐ
nõ esse ipsaꝝ dispōnuʒ: ⁊ tūc agēs gnāns inducit in māʒ
nudā formā gnāndā. ¶ Cōtra (q̄cq̄d sit de incipere eē:
⁊ desinere esse.) Nos loq̄mur de eē forme vltime dispo/
nentis. Et q̄riẗ: vtꝝ talis forma vltima disponēs: quū
habeat suū eē: in quo instāti hʒ p̄ᵐ esse: ⁊ p̄cedit argᵐ vt
p̄us: q̄ꝛ aut in eodē instāti: aut in alio: ⁊ ita vt p̄us. ¶ Itē
cōtra illud qd̄ hic dr̄ q̄. vʒ. in p̄ eē forme vltime gnānde
vniẗ ipsa forma māe nude. ¶ Cōtra hoc arguiẗ: q̄ꝛ lʒ in
eodē instāti in quo forma vltima disponēs hʒ p̄ᵐ nõ esse:
ītroducaẗ forma gnānda: tn̄ prius nā dispōnes ipse cor/
rumpunẗ q̄ forma vltima introducaẗ: ⁊ prius est imagi
nari māʒ nudā carentē quacūq̄ forma: q̄ mā ipsa per/
ficiaẗ forma vltima. Ex hoc arguiẗ sic. Agens nullā for/
maʒ generat de mā: nisi ad quā mā determinaẗ p aliqd̄
intrinsecū. ḡ forma genita nõ vniẗ māe nude. ꝯn̄a pʒ. Et
aīs est cōmēta. in. iz. meta. cōmē. 18. vbi vult: q̄ agēs ni
hil extrahat de mā: nisi in ipsa sint p̄portiōes ⁊ habilita
tes ad formā extrahendā. ¶ Hoc etiā ꝯfirmaẗ rōne: q̄ꝛ
sicut se hʒ agens in causando effectiue: ita mā in causan/
do subiectiue ⁊ māliter. Sʒ agēs sic se hʒ in agēdo q̄ ni
hil agit nisi determineẗ: vel sit determinatū ad p̄prium
effectū p̄ducendum. Ergo sic se hʒ mā: q̄ nihil causabit
māliter respectu forme in substātificādo formā: nisi per
aliqd̄ intrinsecū determineẗ ad ipsam. ¶ Q̄ꝛ si tu dicis
q̄ agēs p̄ducit determinatā formā in materia ex p̄ntia
ipsius ad māʒ nõ hn̄tem cōtrarium ⁊ repugnās agenti.
¶ Cōtra. q̄ꝛ agēs physicū in agēdo p̄supponit māʒ que
prius ordine originis ⁊ via gnātionis presupponitur q̄
ipm agēs agat (Propter ħ dixit Ari. p̄ phy. q̄ mā est in/
genita de qua agēs generat.) Et agēs p̄supponēs talem
māʒ: p̄supponit ipsaʒ magis inclinatā ad vnaʒ formā: q̄
ad aliā: si de ipsa dʒ p̄ducere determiataʒ formā. (Hec
scd̄a p̄pō arguiẗ sic. sicut se hʒ agens ad māʒ in gnāndo

sic se hȝ ad iclinationē mãe quo ad determinatā formā gnādā. Sȝ sic se hȝ agēs gnāns in gnādo ꝙ psuppōit mãȝ ad h ꝙ pducat for. g ad h ꝙ pducat de ipa determinatā for psuppōit ipsaȝ magis determinatā ⁊ iclinatā ad illaȝ. Ista ppōne assūpta p maiore ⁊ pbata: subsumit ista mior) sȝ ita ē ꝙ in illo istāti nāe in q̄ mā ꝯsideraꝰ vt nuda: hȝ eq̄lē iclinationē ad oēȝ formā: ⁊ nō magis ad vnā q̄ȝ ad aliam. g de ipsa oēs for educent: aut nulla.

Hec argumēta lȝ videant pcedere ꝯ ponētes fieri resolonē vsq ad mãȝ pmā: tñ efficaciꝰ pcedūt ꝯ san. Tho. q ponit nullā vltimā dispōnē puiā ad formā gnādā manere in aduētu for. Unñ mā (ex ista opiniōe) nō determinaꝰ itrisece ad for q2 p nullā formā sibi iexistem. Neqȝ extrisece. q2 nō per agēs. (qđ pbaꝰ.) Tū q2 agēs nō determiat mãȝ p for suā subalē: q2 illa imediate nō agit. p ipȝ Thomā. Neqȝ p formā accñtalē: q2 illa nō attingit in actiōe sua terminū subalē: vt als ꝺclaraui: ⁊ ē de mēte Doctoris subtilis in. 4. di. 12. q. 3. Tū q2 maior dispō reqriꝰ in mā: ⁊ in maiori gradu respectu forme pfecte q̄ȝ ipfecte. Licȝ dareꝰ: ꝙ respectu impfecte sufficit determiatio que fit p agēs: nō tñ videꝰ h sufficere respectu pfecte. ¶ Et cōfirmaꝰ h: q2 si in mā nulla fiat dispō pparans mām positiue ad formā: sȝ solū puatiue dispōnēs: precise in illo gradu fiet dispō quo forma corrūpiꝰ: ⁊ tūc dispō corruptiua in mā esset sufficiēs p gnōne cuiuscūqȝ forme siue pfecte: siue iperfecte: ⁊ tūc videꝰ seq ꝙ qđlibȝ possȝ gnāri ex quolibȝ ⁊ nō determinatū ex determiato: qđ ē falsuȝ. Nec valet fugere ad ordinē formaꝝ: sic ꝙ ipfecta pcedat pfectā. h nihil ē: q2 mā nuda pōt imediate pfici ab agēte pite fm illā formā quā ꝯtinet vtualr: ⁊ quū sit idifferēs ad quācūqȝ formā: poterit quācūqȝ recipe: vbi nō sit impediēs. ¶ P. vltimo arguiꝰ ꝯ corruptiōes istaꝝ dispōnū: dū tales affirmāt: ꝙ in aduētu cuiuscūqȝ forme corrumpanꝰ. Nā certū est ꝙ alteratio seu accñs iductū p alteratiōeȝ positiue dispōnēs ad formā gnādā hȝ eē pfectū in illo gradu: quo vltimate disponit ad formā: aliogn alteratio nō esset finita aut termiata. Aut g tale accidēs corrūpiꝰ in istāti quo hebȝ esse acqsitū ⁊ cōpletū: aut in alio. Nō pmo modo: q2 accidēs sil esset ⁊ nō esset in eodē instāti: si in alio: g iter hoc ⁊ illud mediat tēpus: g in toto tpe intermedio alteratuȝ qesceret quo dato seqtur: ꝙ generatio forme subalis nō est finis alterationis precedētis: qđ est contra Auerroym primo physicoꝝ. ⁊ ita generans non generaret alterādo: sȝ moueret imediate ad formā substātialē: qđ est ꝯ Ari. ⁊ oēs philosophātes: ⁊ ꝯ sensum. Et vlteriꝰ seqꝰ: ꝙ passuȝ vltiate dispositū nō pficereꝰ imediate ab agēte pite nō ipedito: qđ ē ꝯ Arist. 9. meta. Unñ pōt sic formari rō. Nullū accñs corrūpiꝰ in fine alterationis p quā acqriꝰ: q2 in illo istāti pficiꝰ. Igiꝰ si in illo instāti corrūpeꝰ: in illo istāti sil eēt: ⁊ nō eēt. Sȝ p te forꝰ subalis nō gnāꝰ nisi accñtia iducta p alterationē corrūpanꝰ. ⁊ in illo istāti gnāꝰ qñ accñtia illo corrūpūꝰ. g forꝰ nō gnāꝰ in fine alteratiōis: vl si sic. seqꝰ: ꝙ forꝰ gnāꝰ qñ accñtia iducta p alterationē adhuc manēt: qđ est ppoᵐ. Ista rō pcedit ꝯ san. Tho. q pōit dispōnē ad formā subalē termiari ad aliquē gradū ad quē nec tō seqꝰ corruptio for corrūpēde: ⁊ gnō for gnāde p modū sequele. Non sic Sco. q ponit tñ terminū extrisecū istiꝰ alteratiōis: ⁊ nō itrisecū: ⁊ ēt ꝙ nullus ē gradus in alteratiōe iductus ab alterāte: vt alterās ē q sit icōpossibil for corrūpēde. sȝ talis iduciꝰ vl a gnānte: vel a suba genita: ⁊ ita alteratio finiꝰ extrisece: ⁊ rōne agētis: ⁊ rōne termini. De h videas in. 4. di. 12. q. 3. Sed tunc ex ista opinione respōdēdum esset ad obiecta superius cōtra responsionē de termino extrinseco: de quo alias.

Postremo arguitur Theologice: ꝙ. vȝ. hec via negās pluralitatē formaꝝ ꝯdicat fidei catholice ⁊ vitati: cū ex ea seqnaꝰ ꝙ corpꝰ iesu xpi viuuȝ nō fuissȝ idē corpꝰ qđ erat mortuuȝ: qđ ē ꝯ Doctores catholicos sacratissime fidei: ⁊ psertiȝ ꝯ Aug. ⁊ Ambro. q multis rōnibꝰ nituꝰ ostēdere ꝙ idē fuerit oino corpus xpi viuū ⁊ mortuū. Et p psupponiꝰ vnū fūdamētū: ꝙ ad vnitatē numeralē effectuū reqriꝰ vnitas for: sic ēt mãe. Et h colligiꝰ de mēte Ari. 12. meta. tex. ꝯmē. 27. Et rōne pbaꝰ. Sic. n. ꝯpositū depēdet eētialr a mā: ita ⁊ a for: ⁊ principalius a forma q̄ȝ a materia: quuȝ forma sit pmo ⁊ pncipaliꝰ ꝯstitutiuū ꝯpositi. Ex h arguiꝰ. illđ qđ depēdet ab aliq eētialr q̄tū ad eē depēdet ab eodē eētialiter q̄tū ad vnitatē ꝯitē eē: q2 q̄cūqȝ aliqđ est ens: ē ēt vnū: cū ens ⁊ vnū ꝯuertanꝰ. ex. 4. meta. tex. cō. 3. Sȝ ita est ꝙ ꝯpositū depēdet eētialr a forꝰ: q̄tū ad eē. g ēt q̄ᵐ ad eiꝰ vnitatē: ⁊ ita nō erit vnū ⁊ idē: nisi hēat vnā ⁊ eandē formā. ¶ Isto stāte data ista positiōe duplr pbatur ꝯña pncipalis. p ex vnitate corpis in se. 2° ex nā dīne ypostasis. p sic: q2 in corpe xpi mortuo nō remansit aliq forma que prefuit in corpore viuo: sed alia p te virtute dīna fuit in xpi corpe creata. Ex q seqꝰ ꝙ totū ꝯpositū resultās ex mā pꝰ ⁊ ex forꝰ 2ꝰ creata nō hēbat idē eē: neqȝ eādē vnitatē: quēadmodū pȝ ex pmisso superiꝰ. ¶ Et ꝯfirmatur ꝙ h corpꝰ fȝ suū eē distinguebaꝰ realr ab illo: q2 ab alia ⁊ alia forma vl diuersa resultat aliud ⁊ aliud eē cōpositi realr diuersū: sȝ i pposito fuerāt for realr diuerse. g diuersa ꝯposita: ⁊ diuersa eē ꝯpositi realr. ¶ Etiā confirmaꝰ 2°. Nā fȝ san. Tho. ꝯpositū dicit tertiā entitateȝ distinctā realr a suis partibꝰ: sȝ ita ē ꝙ ex forꝰ illa creata ⁊ ex mā sua resultabat vna 3ª entitas realr diuersa ab entitate totius cōpositi: q resultabat ex vniōe aie itellectiue ad mãȝ xpi. g hec entitas ⁊ illa erāt realr diuersa. Sȝ 3ª entitas ⁊ ipm ꝯpositū substātiale sunt p se oino idem ex nā rei. (Licet distiguanꝰ fȝ rōnē.) g relinqꝰ ꝙ h corpus iesu xpi viuū: ⁊ illud mortuū distinguebanꝰ realr ⁊ eētialr. Sȝ quecūqȝ distinguunꝰ sic realr ⁊ eētialr sūt simplr diuersa. g corpꝰ xpi viuū ⁊ mortuū erāt simplr diuersa. ¶ Et 3° ꝯfirmaꝰ h ex fūdamētis san. Tho. sic. Totū eē hois ē eē aie itellectiue: vt dicit ipse. g totū eē iesu xpi viui q̄tuȝ ad eē hois erat eē aie itellectiue: sȝ tale eē aie itellectiue nō habuit corpꝰ xpi mortuū: q2 i eo nō erat aia itellectiua. g relinqꝰ ꝙ h corpꝰ ⁊ illud erāt simplr diuersa. ¶ Sȝ forte tu dices ꝙ fuit ideȝ rōne mãe: ⁊ rōne ypostasis. ¶ Cōtra. Quū ex igne gnāꝰ aer: certū ē: ꝙ eadē mā ē in igne: ⁊ in aere genito. ⁊ tñ nō ꝯcediꝰ ꝙ ignis ⁊ aer sint idē numero. Ex quo seqꝰ ꝙ nō maiorē idētitatē ⁊ vnitatē hret corpus xpi viuū ⁊ mortuū: q̄ȝ ignis corruptus: ⁊ aer genitus ex ipso. ¶ Et ꝯfirmaꝰ: q2 opposita ꝯtraria ad se inuicē succedūt in eodē subiecto: ⁊ in eadē mā. Et tñ nō ꝯcediꝰ ꝙ vnū sit aliud: aut ꝙ hēat idētitatē cū ipso ppter identitatē subiecti: ⁊ ita corpꝰ xpi viuū ⁊ mortuū nō hrent maiorē idētitatē q̄ȝ duo ꝯtraria ⁊ opposita ad se īuicē succedētia in eodē subiecto. ¶ Itē 2° ꝯfirmaꝰ. Illa q sunt idē fȝ mãȝ: sunt idē fm qd ⁊ diuersa simplr. sicut appet de igne q gnāꝰ ex aere. g corpꝰ xpi viuū ⁊ mortuū eēt idē fȝ qd: ⁊ diuersuȝ simplr. Ex q seqtur ꝙ iste ppōnes q̄s ꝯcedūt theologi. vȝ. ideȝ corpꝰ xpi iacuit in sepulchro qđ pfuit i cruce: ⁊ silr ista. idē corpus xpi qđ fuit in sepulchro resurrexit ad vitā: eēnt false simplr: ⁊ vē fȝ qd. Et ita articulus fidei esset falsus simplr: ⁊ verus fȝ qd: qđ abhorrēt aures catholice audire: ⁊ sapit manifestissimā heresim. ¶ Immo pbaꝰ ꝙ illđ corpꝰ qđ iacuit i sepulchro simplr nō poterat resurgere ad vitā: q2

illud nõ põt resurgere ad vitã: cui repugnat simplr oīs vita. Sz ita ē q illi corpi repugnat oīs vita: qḋ pbat: qꝛ qḋ destruit oīo ꝛ desistit eē pp vitã ei sic repugnat viuere: sz tale corpꝰ qḋ erat in sepulchro est hꝰ: qḋ pbat: qꝛ tale corpꝰ erat qḋdaz ꝯstitutũ realr diuersuz ſm san. Tho. ab oībꝰ ptibꝰ sīl ſūptis. s. mã ꝛ forᵃ illa q̃ dabat eē illi mãe quã tu appellas formã vicariã. Sz certũ ē q cũ fuit vnita aīa itellectiua mãe desijt eē: ꝛ corrupta fuit forᵃ vicaria: ꝛ ex ꝯñti 3ᵃ entitas corpis inq̃tuz tale corpꝰ. g̊ nullo mõ isti corpi potuit vita ꝯpetere: aut ipm viuificare.

Ex parte ypostasis diuine deducit z° pncipalr pᵒ ꝯña psupponẽdo: q sicut verbũ diuinuz assumpsit nãm humanã ad vnitatẽ ypostasis ꝛ persone: ita potuit assumere lapidẽ ꝛ nãz diaboli: imo sīl ꝛ sel potest ipz vbũ vtrãq3 nãz suppositare: ꝛ ad vnitatẽ sui suppositi assumere. ¶ Isto stãte argr: illa q̃ sũt diuersa simplr ꝛ ſz ppas formas specificas pñt in eodem supposito vniri ad vnitatẽ suppositi. g̊ nõ maiorẽ idẽtitatẽ habuit corpus xpi viuũ ꝛ mortuũ q̃ duo diuersa simplr. imo cũ opposita pñt sic assumi ad vnitatẽ suppositi: sequeret q corpꝰ xpi viuũ ꝛ mortuũ nõ maiorẽ idẽtitatem hret q̃ duo opposita simplr q̃ ad vnitatẽ ypostasis assumerent vz. exẽpli cã. si stãte assũptiõe hoīs vbũ assumeret asinũ: idem suppositu: n esset rationale: ꝛ irrõnale: ꝛ ita qualis eēt idẽtitas rõnalis ad irrõnale: talis eēt corpis xpi viui ad corpꝰ mortui. ¶ Multe alie rõnes possẽt adduci: q̃ sũt ipsoꝝ Theologoꝝ: sz iste p nũc sufficiãt.

Dico ergo alr ad qõnẽ: ponẽdo aliqua notãda. ¶ Prio notãdũ ē: q q̃cũq3 due forᵉ subales specifice viuiate sũt icõposĩbiles in eodẽ supposito. loquẽdo nãlr. Rõ hꝰ ē: qꝛ forᵃ specifica viuia dat vltimatum esse ꝯpletum ꝛ pfectum. Nihil aũt habz esse cõpletum ꝛ perfectuz in actu duabꝰ rõnibꝰ: qꝛ tũc aliqua istarũ circũscripta: nil minꝰ suppositũ hñs eē viuiatũ p aliã forᵃᵐ ꝯplete ꝛ sufficiẽter hret eē: ꝛ ita aliqd eēt ꝯpleta rõ eẽndi alicui sufficiẽter ꝛ pfecte: q̊ tñ subtracto: nihil minus suppᵐ hñs eē: hret ꝯpletũ ꝛ pfectũ eē. Ex q̊ seqtur: q cuicũq3 ꝯpetit vna forᵃ specifica viuia: non põt ei altera ꝯpetere. ¶ z° nõndũ ē: q forᵉ ille subales dñr icõposĩbiles: q̃ꝝ vna ꝯtinet vtualr alterã: illa aũt forᵃ virtualr ꝯtinet aliã cuiꝰ effc̃s ꝛ opõnes põt supplere ꝛ cãre ipsa circũscripta: sz forᵃ mixti põt eē pnᵐ opõnũ ꝛ effectuũ pueniẽtiuz a forᵃ corpeitatis. g̊ forᵃ mixti vtualr ꝯtinet forᵃᵐ corpeitatis. Declarat assũptũ p miori. Certũ ē q effectꝰ forme corpeitatis sũt eē q̃ntuni: ꝛ eē extẽsibile: eē corruptibile. Oẽs aũt istos effectꝰ põt supplere forᵃ mixti ꝛ elemẽti sine forᵃ corpeitatis. g̊ seqt ppositũ: q forma mixti ꝯtinet vtualr formã corpeitatis ꝛc. Silr vlteriꝰ cũ aīa itellectiua possit eē pnᵐ oīuz opõnũ ꝛ effectuũ pueniẽtiũ ab aīa sensitiua: qꝛ nullus effectꝰ talis repugnat aīe itellectiue. Seqt q aīa itellectiua ꝯtinet vtualr aīaz sensitiuã. ꝛ qḋ dixi de aīa sensitiua: dico ēt de vegetatiua. ꝛ p opᵐ cũ aīa itellectiua nõ possit eē pnᵐ effectuũ pueniẽtiũ a forᵃ corporeitatꝫ: qꝛ ex rõne aīe itellectiue nõ põt seq eē q̃ntũ: eē extẽsibile: eē ꝯpositũ ex ꝯrijs: ꝛ eē corruptibile: cum oīa ista repugnẽt aīe itellectiue: seqt q aīa itellectiua nõ cõtinet vtualr formã mixti: aut forᵃᵐ corpeitatꝫ. ¶ Ex qbꝰ sequunt duo: q̊ꝝ pᵐ ē: q aīa sensitiua ꝛ aīa itellectiua vt distīcte forᵉ sũt icõposĩbiles ī eodez subo: h pz ex dcīs. ¶ zᵐ qḋ seqt ē q forᵃ corpeitatis ꝛ forᵃ mixti vt distincte forᵉ sũt icõposĩbiles in eodẽ. ¶ Sz ꝯ istud pᵐ corrᵐ istat. p qꝛ nõ vr q aīa itellectiua vtualr ꝯtineat aīaz sensitiuã ꝛ eiꝰ effectꝰ possit supplere: qꝛ certũ est q aīa sensitiua est q̃nta ꝛ extẽsa. itellectiua aũt iextẽsa. g̊ sensitiua nõ põt ꝯtineri vtualr ī itellectiua. ¶ Itẽ z° aīa sẽsitiua hz opõnes orga-nicas. itellectiua aũt nõ organicas. g̊ vna nõ ꝯtinet aliã.

¶ Ad pᵐ rñdet q illḋ qḋ ē de se iextẽsuz ꝛ q̃ntũ: nõ pt ꝯtineri vtualr neq3 realr ꝛ idẽtice in eo qḋ est iextẽsuz ꝛ immãle de se. Sz illud qḋ est extẽsuz p accñs ꝛ ab extrinseco: hñ põt ꝯtineri imãli ꝛ iextẽso. Mõ sic est de aīa sensitiua: qꝛ ipsa tñ p accñs est extẽsa. s. p quãtitatẽ sibi aduenientẽ. g̊ nõ repugnabit ei sic ꝯtineri in aīa intellectiua. ¶ Ad zᵐ Rñdet sã. Tho. q aīa itellectiua hz aliq̃s opatiões que ꝯprehẽdunt a mã ꝛ sunt imerse mãe: aliquas vero opatiões que supegrediũt mãz: ꝛ sunt oīo eleuate a mã. Prime opatiões sunt sensitiue q̃ exercent p organa ꝛ depẽdẽt ab organis. zᵉ opõnes sunt opatiões itellectiue: q̃ sunt itelligere ꝛ velle: in qbꝰ aīa nõ vtit organo. Et ſm hoc põt dici: q aīa intellectiua ē forᵃ ꝯprehensa a mã inq̃ᵐ sensitiua. sz inq̃ᵐ itellectiua ē forᵃ supegrediẽs mãz. Dicit g̊: q nõ est incõueniẽs q eadẽ aīa itellectiua sit pnᵐ illimitatũ istaꝝ opationũ alteriꝰ ꝛ alteriꝰ rõnis: potẽs vtrãq3 opationẽ exercere: aut p seipaz: aut mediãte organo corpali. ¶ Sz ꝯ ista dcã: ꝛ prio ꝯ h qḋ dicit: q aīa itellectiua vt itellectiua: est forᵃ eleuata a mã arguit duplr. z° ꝯ hoc qḋ dicit aīam itellectiuã nobiliorẽ p hoc q ē minꝰ imersa materie. ¶ Prio sic. hõ nõ ē hõ mediãte aīa itellectiua nisi put aīa itellectiua iformat corpus: g̊ nõ opat opatione ppa hoīs nisi put aīa intellectiua informat corpus ꝛ ipsam mãm. g̊ hõ vel nõ intelligit ſm aīam vt p pnᵐ formale ipsius: vel si itelligit ſm aīaz: intelligit p ipaz vt informat corpus: ꝯñᵃ pma est euidẽs: qꝛ sic se hz aīa in eẽndo: ita se hz in opando. pbat aũt assũptũ. Nã ꝯpositũ ex suis partibꝰ nõ ē illud qḋ est nisi ex suis partibꝰ: ꝛ nõ ex partibꝰ vt sunt diuise ꝛ sepate: sed vt sunt vnite. sicut appet de mẽte Ari. in. 7. metaphy. circa finẽ de syllaba ba. qꝛ nõ ꝯponit ex. b. ꝛ. a. nisi vt vnitis: ꝛ hoc est veꝝ ſm ipsum nõ soluz de partibꝰ mãlibus quas vocat elemẽta: veꝝ etiã de partibꝰ essentialibꝰ q̃ sũt mã ꝛ forᵃ. Ex quo sequit: q aīa intellectiua q̃uocũq3 se hẽat ad opationes suas: semp ē ꝯprehẽsa a mã ꝛ imersa mãe. ¶ Arguit z°. Aīa itellectiua ſm gradũ supremũ sue pfectionis essentialis informat mãm: sz intelligere nõ põt cõpetere aīe itellectiue ſz aliquẽ gradũ supiorẽ q̃ sit supremꝰ gradus. g̊ itelligere nõ ꝯpetit sibi vt excedit mãz sz solũ vt informat. Añs est manifestũ. Qñ dato opposito: seqt q hõ p aīam intellectiuã non erit spẽs ꝑria ãgelo: qꝛ hõ nõ est hõ nisi vt aīa informat mãz: ꝛ g̊ si nõ iformaret ſm gradũ supremũ: nõ esset hõ spẽs ꝑria angelo: qꝛ aīa itellectiua ſm suũ gradũ supmũ est imediata ãgelo. ¶ P. scḋo tu dicis q aīa intellectiua per intelligere supegredit mãm: qꝛ quãto forma est nobilior tãto minꝰ est imersa materie. ¶ Cõtra. Istud imergi ē vbũ metaphoricũ. aut p illud magis: aut minus imergi itelligitur maior ꝛ mior gradus nobilitatis: ꝛ si sic: nõ ē veꝝ: q maior ꝛ mior gradus nobilitatis faciat forᵃᵐ superexcellere mãz: sic q ipsa nõ iformet: qꝛ certũ ē. q forᵃ mixti ē nobilior q̃ forᵃ elemẽti: ꝛ tñ vtraq3 forᵃ iformat mãm. Aut tu intelligis illud imergi sic: q minus imergi ē abstrahere a situ ꝛ a loco: ꝛ si sic intelligis: nõ ē ad ppositũ. vz. q aīa itellectiua dicat minus imergi mãe: qꝛ abstrahat a situ. qꝛ certũ ē cũ ipa sit sba imãlis (quõcũq3 se hz ad corpꝰ) abstrahit ab oī situ: qꝛ p te nulla suba imãlis ē situalr in loco (qcqd sit de positiõe nr̃a.) g̊ adhuc posito q abstrahat a situ de se: ipsa tñ est imersa mãe: qꝛ ipsam actualr informat. Ex quo sequit q rñsio de supegressiõe mãe et minori imersione nõ satisfaciat. ¶ Ideo iuxta pmissuz correᵐ est dicẽdũ. Qꝛ forma imãlis põt ꝯtinere virtualr formã mãlez. Pro quo modus ponit talis. Qꝛ forma q̃ est pnᵐ illimitatũ q̃dãmõ: ꝛ est pnᵐ plurium opationum

dissimiliũ que nõ pñt exerceri p vnã determinatã ptes corporis:sȝ reqrit diuersas ptes dissimiles ⁊ difformes in ꝯplexiõe:poterit talis forma exercere illas opatiões organicas p diuersa organa:nõ obstãte:ꝙ ipsa sit imãlis in se.Sȝ ipsa sicut in essendo pficit totũ corp⁹organicuȝ ⁊ quãlibet partẽ ei⁹:ita ⁊ in operãdo.⁊ ita reqrit ad h vt possit pfecte opari in tali corpe opões ꝯuenĩetes toti ⁊ ptib⁹suis:ꝙ suuȝ p̃m ⁊ adequatuȝ pfectibile habeat ptes dissiles:⁊ difformis ꝯplexiõis.Ex quo seqꝛ:ꝙ cũ aia itellectiua sit pfectissima for̃a phyca iter oẽs alias formas:⁊ sit act⁹corpis:poterit ipsa supplere viceȝ aie sensitiue:⁊ ita ꝯtinebit ipsaȝ aiaȝ sensitiuã ṽtualr:⁊ ẽt subalr.Ex q̃ appet:ꝙ ꝓpõ assũpta est falsa:ꝙ for̃a imãlis:q̃ tñ ẽ actus corpis pficiẽs corp⁹in eẽ:nõ possit ꝯtinere ṽtualr formã aliquã mãlem eductã de potẽtia mãe.

Quantũ ad zm arti.Ex his ponũꝛ (rñdẽdo ad q̃õnẽ) q̃tuor ꝯclõnes.q̃ꝝ p̃a ẽ ista.Qꝛ in mixto iaiato.silr ⁊ in corpe elemẽtari ẽ tm̃ vna for̃a subalis. Ista ꝯclo ꝓbaꝛ.qꝛ for̃a ꝯtinẽs ṽtualr aliã ẽ icõpolis illi:vt disticta realr ab ipsa.Sȝ for̃a mixti ꝯtinet ṽtualr formã corpeitatis.Cõsilr dicẽdũ est de forma specifica elemẽti ⁊ de for̃a corpeitatis.g̃ ⁊c. ¶ za ꝯclo.In q̃lȝ aiato õ necitate oȝ dare ad min⁹duas formas subales. Ista ꝯ̃ lȝ satis pateat ex dcis ꝯ̃ p̃orẽ opi.tñ adhuc ꝯfirmaꝛ auctatib⁹ Ari.⁊ Cõmẽ.ac ẽt rõne. ¶ P̃rio sic.p⁹auctas cõmẽ. est p̃ meta.cõmẽ.17.Gen⁹ ingt ipse ẽ aliud a mã. Gen⁹ .n.ẽ for̃a vlis:mã aũt fm ꝙ ẽ in ea:nõ dȝ eẽ in actu aliqd oĩo:⁊ ex eis q̃ recipit nullã hȝ formã oĩno:neqȝ vleȝ:neqȝ pticularẽ:sȝ p̃ recipit formã vleȝ:⁊ postea mediãte forma vli recipit formas alias vsqȝ ad idiuiduales:⁊ ẽ vna nuõ:ħȝ ꝙ ẽ subȝ formaꝝ idiuidualiũ:⁊ m̃lta ħȝ formas:qꝛ diuidiꝛ i eas.Et postmodũ subdit. Gen⁹ aũt ẽ vnũ in for̃a media iter actũ ⁊ potẽtiã in multa. Ecce q̃ clare diꝛ Cõmẽta.ꝙ mã p̃a p̃ recipit formas vles:⁊ postmodũ alias vsqȝ ad formas idiuiduales. ¶ Ad idẽ est q̃õ diꝛ Cõmẽta.7.meta.ꝯmẽ.35.Nomẽ for̃e dr̃ de for̃a vli q̃ declarat gditatẽ spẽi:⁊ de for̃a pticulari q̃ ẽ for̃a mãe dmõstrate.Et in eodẽ.ꝯmẽ.43.Manifestũ ẽ ꝙ diffõ ẽ sermo cõposit⁹ex dr̃ys:⁊ nõ diꝛ ex dr̃ys ⁊ gñe:qꝛ gen⁹apud ipm ẽ for̃a vlis:⁊ dr̃ia ẽ pticularis.Et ꝙ ipse itelligat de for̃a q̃ ẽ altera ps ꝯpositi:⁊ nõ p̃cise de for̃a declarante:appet p illud q̃õ diꝛ in p̃ phy.ꝯmẽ.1.Que.n.ingt ipse sũt pter mãȝ p̃mã ⁊ vltimã formã sũt mãe ꝯposite:⁊ for̃e cõposite.Si daꝛ for̃a vltia:cũ vltimũ hẽat ordinẽ ad p⁹:oȝ dare p⁹ in rõne for̃e. ¶ Itẽ in.6.phy.ꝯmẽ.59.ondit:ꝙ ptes organice aialis hñt distictas for̃as specificas.vñ ait. Est ⁊ mot⁹ gnãti alic⁹toti⁹ꝯposit⁹ex motib⁹ptiũ in gnõnib⁹ꝯpositi ex motib⁹diuersis.Et postea diꝛ.Non seqꝛ vt trãsmutatũ q̃õ p̃cedit in ea sit de spẽ trãsmutati posterioris:sȝ de alia spẽ:licȝ trãsmutatio dicaꝛ esse eiusdẽ spẽi.Ex q̃ snia vult:ꝙ in gnõne in q̃ gnãnꝛ ptes organice aialis nõ opȝ vt trãsmutatũ posteri⁹:h ẽ genitũ:sit õ spẽ geniti p̃oris:sȝ trãsmutatio sit eiusdẽ spẽi in h q̃õ ẽ trãsmutatio subalis.Et exẽplificat ipse:sicut dom⁹ꝯpõiꝛ ex gnõne alioꝝ corpoꝝ:nõ seqꝛ vt ptes trãsmutatiõis sint eiusdẽ spẽi:⁊ hoc silr ingt ipse paꝝ post.Accidit i gnõne aialiũ ⁊ aliorũ corpoꝝ organicoꝝ. ¶ Itẽ diꝛ.12.meta.cõmẽ.27.cãe ingt istaꝝ sũt eedẽ in for̃a gnãli:⁊ diuerse in for̃a spãli.Et intẽdit (ingt ipse) p h q̃õ diꝛ in eadẽ for̃a:formã gnãlẽ:⁊ p h q̃õ dicit:⁊ differunt fm formas:formas spãlissimas. Multe alie auctes possent ad h ꝓpositũ iduci ħȝ Arist. ⁊ ꝯmẽ.sȝ qꝛ loc⁹ab auctẽ nõ multũ ẽ efficax:iõ iste adducte p nũc sufficiãt. ¶ Rõne ẽt ꝯfir̃.sic.Qm̃ stati seqreꝛ ꝯ̃dictio dato opp⁹:illi⁹ꝯclonis.q̃õ declaraꝛ.qꝛ corrupto aiato:seq̃reꝛ:ꝙ aliquod vnuȝ eẽt in actu sine gnõne substãtiali:corrupta for̃a subali in ipso.Et vlteri⁹seq̃reꝛ:ꝙ si eẽt in actu:qꝛ nõ p formã subalẽ corruptã:neqȝ p aliquã aliã:qꝛ illa nõ potuit gnãri in tã puo tpe:aut in istãti in quo corrũpiꝛ viuẽs:vt declaratũ ẽ impugnãdo p̃orẽ opinionẽ.g̃ ad vitãdam ꝯ̃dictionẽ oȝ ponere ad min⁹ duas formas subales. ¶ Et ꝯfirmaꝛ h de hoie:qꝛ aia itellectiua si sit forma hois subalis:nõ põt supplere vicẽ for̃e corporeitatis:vt declaratuȝ ẽ supi⁹.g̃ ad min⁹in hoie erunt due for̃e subales. ¶ 3a ꝯclo ẽ ista. Nõ sũt tot forme subales in ꝯposito:quot sũt p̃dicata gditatiua. Ista ꝯclo ꝓbatur. Ille for̃e nõ sũt disticte realr:q̃ꝝ vna ꝯtinet aliã virtualr.Sȝ forme subales q̃ sumunꝛ a diuersis predicatis eẽntialib⁹vna ꝯtinet aliã ṽtualr.vt pȝ ex dcis.g̃ relinqꝛ ꝙ nõ sũt tot forme subales disticte. ¶ 4a ⁊ vltia ꝯclo. In q̃lȝ ꝯposito subali tot sũt forme subales realr disticte ptiales:quot sũt ptes organice realr disticte. Ista ꝯ̃ pȝ ex dcis:⁊ maxie ex snia Auer.in.6.phy.ꝯmẽ.59.allegato.

Quantuȝ ad vltimũ arti.ad rõnes alteri⁹ opi. rñdeꝛ.Et p̃ ad p̃mã:dãdo eãdẽ rñsionem quã ipsi dãt.Qꝛ illud q̃õ aduenit enti in actu pfecto:ẽ accidẽs. ¶ Sȝ ad istãtias q̃ adducunꝛ de forma corpeitatis fm Auic.dr̃ ꝙ rõ ꝯmẽ.in p̃ phy.ꝓcedit ꝯ̃ ipȝ. Tenebat.n.ipse ꝙ for̃a corpeitatis eẽt coeterna mãe:⁊ de eẽn̄a ipsi⁹:ita ꝙ ex mã p̃a:⁊ ex for̃a tali fiebat vnũ ens i actu ⁊ vnũ suppositũ i actu ꝯpleto ⁊ pfecto:q̃õ supp̃m erat ita pfectũ i eẽ fõmali ꝯpetẽte tali nãe.s.mãe:sic for̃a vlt̃a hois ꝯstituit hoieȝ q̃ sic vltiate ꝯstituit hoieȝ q̃tũ ad oẽ eẽ formale q̃õ debeꝛ hoi inq̃tũ hõ ẽ:ita ista forma ꝯstituebat mãȝ ⁊ eẽntiã mãe in vltio eẽ formali q̃õ possit sibi ꝯpetere inq̃tũ talis nã aut suppositũ subsistẽs i tali nã.g̃ sequiꝛ.ꝙ qcqd aduenissȝ mãe cũ aduenissȝ ei sic i actu vltimo ꝯpleto:⁊ eẽt ei q̃tũ ad suũ eẽ pfectum aduẽticia ⁊ extnea:fuissȝ sibi accñs ppea:qꝛ accñs ẽ illud ad q̃õ subm nullo mõ in rõne susceptiui:⁊ q̃tũ ad suũ eẽ q̃õ sibi ꝯpetit inq̃tũ suba:p se ⁊ eẽntialr ordinaꝛ.Sic dõȝ ẽ de mã:ꝙ ex q̃ habuisset actũ vltimatũ in eẽ suo formali i rõne susceptiui nõ fuissȝ p se ⁊ eẽntialr ordiata ad aliã formã subalẽ:⁊ ita oĩs for̃a sibi aduenĩẽs fuisset accñs. ¶ Per idẽ rñdeꝛ ad zm de p̃ de gnõne.Qꝛ si elemẽtũ fuissȝ p̃ncipiũ mãle in trãsmutatiõe subali:ꝙ gnõ fuissȝ alteratio. Qꝛ elemẽtũ ẽ ens in actu ꝯpleto:nullo mõ inq̃tũ tale ordinabile p se ad aliquã formã siue subalẽ siue accñtaleȝ Loquẽdo de illis formis q̃ sunt ꝓprie passiões insequẽtes ꝓp̃as formas substãtiales.Et tũc seqꝛ ꝙ gnõ substãtialis eẽt alteratio:ꝓpterea qꝛ tale susceptiuũ q̃õ est elementũ nõ eẽt p se ordinatũ ad illã formã que eẽt terminus alteratiõis:qꝛ ex susceptiuo ⁊ ex susceptibili non fit vnũ p se:nisi vnũ sit p se ordinatũ ad aliõ:⁊ cũ in alteratiõe subȝ nõ per se ordineꝛ ad formã ħȝ quã ẽ alteratio. iõ talis forma est oĩo tali subo accñtalis:⁊ ita ex rõne ipfectiõis nõ ꝯcludit rõ Ari.sȝ ex ordine subiecti ad formã. ¶ Ad 3m argm. Rñdeꝛ p̃mittẽdo:ꝙ po⁊ act⁹ possẽt accipi duplr.vno mõ po⁊ act⁹sunt dr̃ie entis diuisiue:⁊ sic potẽtia capiꝛ ꝓ potẽtia obiectiua fm quã aliqd põt esse obiectũ alicui⁹potẽtie ꝓductiue.De qua potẽtia loquiꝛ Ari.in.9.metaphy.⁊ act⁹sibi corñdẽs est act⁹ existẽtie:⁊ ista sunt diuisiua entis:qꝛ oẽ ens:aut ẽ in actu existẽtie:aut in potẽtia obiectiua:sic ꝙ est posse eẽ.Alio mõ capiunꝛ actus ⁊ potẽtia ꝓ potẽtia subiectiua vel actiua:⁊ actus sibi corñdens est actus formalis.De qua potẽtia loquiꝛ Arist.in.5.metaphy.ca.de potẽtia:⁊ ẽt in.9. Loquendo de potẽtia ⁊ actu p̃mo modo:Quãdo arguis in fine rõnis.Concedo maioreȝ assumptã:ꝙ sicut se habȝ materia ad potẽtiaȝ:sic se habet forma ad actũ.Et cũ tu dicis:mã nõ est in actu.Nego istã.Loquẽdo de actu op

posito potẽtie obiectiue. Si vo loquamur de potentia ꝛ
actu scdo mo. Nego maiorẽ: qꝛ mã est ens in pura poten
tia: sꝫ forma nõ ẽ ens in pura actualitate: qꝛ solũ actꝰ pu
rus simplr oio ꝯpetit ipsi deo. Uñ sicut deꝰ est pᵐ simplr
in actualitate: ita mã pᵃ pᵐ in potẽtialitate: loquendo de
potẽtialitate subiectiua. Actꝰ aũt formalis qcũqꝫ sit vel
accñtalis: vel subalis ex iperfectione sui bꝫ ꝙ vltra h̃ ꝙ
est actus: possit eẽ potẽtia subiectiua vl receptiua alicuiꝰ
actꝰ. Ex hoc rñdeẽ ad illud in pn°rõnis diuisiue. Cuꝫ.n.
tu dicis: aut forᵃ poꝛ adueniẽs dr potẽtialis: qꝛ ipfecta ꝛc.
Dico ꝙ vtroqꝫ mõ est potẽtialis sic itelligẽdo ꝙ totũ cõ
positũ ex mã ꝛ forma poꝛe est potẽtiale p se ꝛ pfectibile
per formã vltimã: ꝛ qꝛ totum sic est potẽtiale: iõ ex ꝯñti
forma dr potẽtialis: qꝛ qd ꝯpetit toti per se: ꝯpetit parti
per accñs: vel saltẽ p se nõ p. ¶ Aduertẽdũ tñ: ꝙ lꝫ totũ
ꝯpositũ vt dcm̃ est recipiat formã vltimaꝫ per se p.rõ tñ
recipiẽdi nõ est ipsa forma prioꝛ: sꝫ mã pma: que est rece
ptaculũ ꝛ fundamẽtũ pᵐ oiuꝫ formaꝝ. ¶ Et si tu dicas:
dcm̃ est ꝙ forma subalis ẽ aliquo mõ potẽtialis ad aliã
formã. Forma potẽtialis ẽ forma ipfecta. forma ipfecta
est illa cui deficit aliqd: sicut hr.5. meta.cap. de pfecto.
Tũc querit. Aut sibi deficit aliqd subale: aut accñtale.
Nõ accidẽtale: qꝛ tũc forma vltima esset accñs. Non ẽt
substãtiale: qꝛ tũc forma vltima eẽt de essentia ipsiꝰ forᵉ
poꝛis: qd nõ ꝯcedit. g ꝛc. ¶ Ad hoc rñdet ꝙ forma poꝛ
est ipfecta ꝛ deficit sibi aliqd accñtale. Pro quo aduer-
tẽdũ: ꝙ accñs accipit p eo ꝙ accñtalr pficit aliud ꝛ fm
qd iformat. Uel p eo qd est extneũ a qditate: sic ꝙ nõ est
de essentia ipsiꝰ: eo mõ quo dria extraneat generi: ꝛ infe
rius in recta linea pdicamentali suo supiori. Et sicut du
plex est accñs: ita duplr põt dici aliqd accidẽtale. Uñ si
accñtale accipiat p extraneo: dico ꝙ forme priori adue
nit aliqd accñtale. Si aũt accñtale alio mõ accipiat p
eo. vꝫ. ꝙ dat eẽ fꝫ qd: ꝛ nõ p se iformat: dico ꝙ forme po
ri nõ sic aduenit aliqd accñs: ꝛ p ꝯñs non est sit ipfecta.
¶ Ad 4ᵐ rñdet: ꝙ eẽ simpliciter põt itelligi vel pro eẽ
vlr sumpto: vl p esse ꝯpleto ꝛ pfecto. pmo mõ negat ꝙ
forma substãtialis det eẽ simplr: qꝛ non est veꝝ ꝙ talis
forma det qdcũqꝫ esse. g nõ dat eẽ vlr. scdo mõ ꝯcedit ꝙ
aliqua forma subalis dat sic esse simplr. alia vo nõ. Illa
forma que est vltima dat eẽ simplr hoc est pfectũ ꝛ ꝯple
tũ: alie vo nõ dãt sic esse: sꝫ oẽs ordinant eẽntialr ad tale
esse. Si tñ eẽ simplr accipiat vt distiguit ꝯ eẽ fm qd: et
esse simplr sit esse subale qd distiguit ꝯ esse accidẽtale:
sic quelibꝫ forma subalis dat eẽ simplr. ¶ Ad 5ᵐ rñdet
dando eandẽ rñsionẽ q data est superiꝰ. ꝙ gñatio vniꝰ
est corruptio alteriꝰ: ꝛ eꝯ. loquẽdo de corruptiõe totali ꝛ
gñõne. ¶ Animaduertẽdũ tñ ꝙ nõ habꝫ itelligi: ꝙ gñõ
vniꝰ sit corruptio alteriꝰ in pdicatione eẽntiali. Sꝫ solũ
mõ hꝫ itelligi cãliter ꝛ ꝯcomitãter: qꝛ ad gñõnẽ totaleꝫ
vniꝰ: seqt corruptio alteriꝰ: ꝛ eꝯ: ꝛ cũ tu dicis: ꝙ hoc hꝫ i-
telligi in quacũqꝫ gñõne ꝛ corruptiõe: qꝛ nihil dr simpli
citer tale: nisi sit tale fm oẽs eius ptes: aut saltẽ priores
Rñdet ꝯcedendo: ꝙ nihil dr simplr tale nisi sit tale ꝛc
itelligẽdo denoiatõeꝫ fieri simplr: qꝛ nihil denoiat sim-
pliciter ab aliq forᵃ: nisi hẽat eẽ ꝯpletũ ꝛ pfectũ sub illa
forᵃ. Et ita nihil dr esse genitum ꝯplete ꝛ pfecte: nisi sit
aliqd corruptũ ꝛ eꝯ. ¶ Possumꝰ ẽt dicere: ꝙ corruptio
vniꝰ est gñõ alteriꝰ: vl in fieri: vl in facto eẽ. Et ita nihil
corrũpit q̃cũqꝫ corruptiõe siue ptiali: siue totali: nisi ali
qd generet vel in fieri: vel in fcõ eẽ: ꝛ p h̃ soluit ois qõ.
¶ Ad 6ᵐ rñdet ꝙ vegetatiuũ ꝛ sensitiuũ ꝯtinent in in-
tellectiuo vtualr: sicut dcm̃ est in corpe qõnis. Sꝫ corpo
reũ vel forᵃ corpeitatis nõ põt ꝯtineri vtualr in itellecti
uo: ꝛ ẽt sensitiuo: inq̃tũ sensitiuũ ẽ. ¶ Et cũ tu dicis: ꝙ
forᵃ corpeitatis ꝯtinet in sensitiuo aut itellectiuo: sic tri
gonũ in tetragono. ꝯcedo ꝙ sic cõtinet vtualr in illo sic
impfectũ ꝯtinet in pfecto. eo mõ quo dicimꝰ ꝙ vnũqdqꝫ
ipfectũ ꝯtinet vtualr i suo pfectiori. nõ tñ pp h̃ seqt:
ꝙ ipfectũ ꝯtineat in pfectiori subalr. ¶ Et ad Ar. in p
celi ꝙ ternariꝰ ẽ pfectioꝛ q̃ternario. Rñdet ꝙ vnũ nũe-
rũ eẽ pfectioreꝫ alio ꝯtingit dici duplr. vel qꝛ cõioꝛ: vel
qꝛ actualioꝛ ꝛ pfectioꝛ. Si loq̃mur p mõ: ꝯcedo: ꝙ terna
rius est pfectioꝛ q̃ternario: qꝛ ternariꝰ in oibꝰ entibꝰ repi
tur: vbi nõ repit q̃ternariꝰ. In oi.n. ente citra deũ ẽ ter-
nariꝰ. vnitas: spẽs: ꝛ ordo: vt docẽt theologi: ꝛ ẽt phi. In
oi ente etiã siue limitato: siue illimitato est ipse ternariꝰ
vnitas: veritas: ꝛ bonitas: In oi ente ẽt reperit qd: q̃le ꝛ
q̃tũ. Loquẽdo de q̃titate perfectiõali: vt docet Ar. io.
meta. volẽs: ꝙ oẽ ens oi enti ꝯparatũ: est sile: vel dissimi
le: eq̃le vl ineq̃le: idẽ vl diuersũ: idẽtitas: vel diuersitas:
fundat sup ens inq̃tũ qd. Siltudo vel dissiltudo sup
ens: inq̃tũ q̃le. eq̃litas vel ineq̃litas sup ens inq̃tũ: q̃n-
tum. Ex quo sequit ꝙ iste ternarius est nũerus pfectioꝛ
q̃ cõioꝛ ꝛ vlioꝛ. Et hoc est qd dicit Ar. in p celi ondẽs
ꝙ iste nũerus repit in oibꝰ corpibꝰ: qꝛ corpꝰ est qd ẽ diui
sibile scdm tres diuisiões: ꝛ ita fm nũeꝝ ternariꝫ. ꝛ p-
bat postmodũ ex tribꝰ signis talẽ nũeꝝ eẽ cõiorẽ. ꝛ pᵐ est
hoc qd allegat. s. ꝙ iste nũerus datꝰ est nobis a nã ad sa-
crificationẽ deoꝝ: i quo laudamꝰ deos: qꝛ multiplex ter
narius repit in deo: ꝛ in itelligẽtijs. Repitur.n. in ipsis
memoria itellectiua: itelligẽtia: ꝛ voluntas. Silr suba: vir
tus: ꝛ opatio. Quaternariꝰ vo nõ sic habꝫ locum in itelli-
gẽtijs. Sed si loq̃mur de nũero pfectiori fm actualita-
teꝫ ꝛ essentiã: negat ꝙ ternariꝰ sit pfectioꝛ q̃ternario: qꝛ
ternariꝰ ꝛ qlꝫ nũerꝰ mioꝛ (potẽtialr acceptꝰ: ꝛ q̃tũ ad eiꝰ
vnitates mãles) ꝯtinet in maiori. Et aũt ꝯtinet aliud ẽ
pfectiꝰ illo. q̃re ꝛc. ¶ Ad 7ᵐ rñdet pmittẽdo: ꝙ pdicata
q̃dã accipiũt a forma poꝛi: q̃dã a forma posteriori. Exẽ
plũ. hõ sumit ab aĩa itellectiua: albũ ab albedie. pdicata
que sic sumunt a talibꝰ formis: q̃dã sumunt a formis nõ
hñtibꝰ ordinẽ eẽntialẽ iter se: sꝫ accñtalẽ sicut albũ ꝛ hõ.
q̃dã vo sumunt a formis hñtibꝰ ordinẽ talẽ: sicut aĩal su
mit a forma poꝛe: q est aĩa sensitiua. Rationale sumitur
a forma posterioꝛe. s. aĩa itellectiua. Predicata q sumũ-
tur a formis hñtibꝰ ordinẽ accñtaleꝫ: vnũ nõ pdicat de
alio p se: sꝫ hñ pdicata q sumunt a formis hñtibꝰ ordinẽ
eẽntialẽ. ¶ Aduertẽdũ tñ ꝙ si illa pdicata eẽntialia p-
cise sumant ab ipsis formis: vnũ nõ pdicat de alio p se:
neqꝫ illud qd sumit a forᵃ poꝛe: neqꝫ illd qd sumit a forᵃ
posterioꝛe. Uñ ista nõ ẽ va p se i p mõ neqꝫ i 2° mõ. Rõ-
nale ẽ aĩal. Neqꝫ ista: aĩal ẽ rõnale. Sed vbi pdicata nõ
pcise sumunt ab ipsis formis: sꝫ ab aliquo icludẽte forᵐˢ
poꝛẽ ꝛ formã posterioꝛẽ: qd tñ pncipaliꝰ icludit formam
posteriorẽ q̃ꝫ poꝛẽ: pdicatũ sũptũ a forᵃ poꝛi põt p se pdi
cari de eo qd sumit a forᵃ posteriori: lꝫ non pcise sumat
ab ea. Sicut ista ẽ p se: hõ ẽ aĩal. Nã hõ lꝫ sumat pncipa
liter ab aĩa itellectiua: tñ nõ pcise sumit ab aĩa itellecti-
ua: qꝛ vltra aĩaꝫ itellectiuã hõ icludit aĩaꝫ sẽsitiuã. Per
h̃ respõdet ad forᵐᵐ argumẽti ꝯcedẽdo maioreꝫ cũ istis
ꝯditõibꝰ q̃s diximꝰ. ¶ Et cũ tu dicis ꝙ rñ valꝫ ẽt i hñtibꝰ
ordinẽ eẽntialẽ: qꝛ grãmatica ꝛ logyca hñt ordineꝫ eẽn-
tialẽ: ꝛ tñ grãmaticũ nõ pdicat d logyco. Rñ° ꝙ lꝫ da-
ret ordo eẽntial iter obta d qbꝰ ꝯsiderãt iste artes: nõ tñ
seqt: ꝙ sic ẽ ordo eẽntial ꝛ necĩꝰ in obis: ꝙ sic sit ordo es-
sentialis iter artes ꝛ scias in ordine ad itellectũ adiscen
tẽ ipsas. Ueꝝ ẽ tñ: ꝙ vbi scie hñt pfecte: ꝙ eẽt ordo eẽn-
tialis iter ipsas: ꝛ tũc ista erit necĩa. logicuꝫ est grãmati-
cũ: qꝛ ad pfectionẽ logyce reqrit pfecta scia grãmatice.
¶ Aduertẽdũ vlteriꝰ ꝙ pdicatũ sumptuꝫ a forma prio-

